

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8096

**Auteur(s) :** Ballon (doyen)

**Bénéficiaire(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1257

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le doyen de Ballon notifie que, par-devant lui, la veuve de Guillaume Péchin s'est reconnue obligée envers l'abbaye de la Trappe à une rederance annuelle de deux sommes de vin, tant en vertu de donations faites par son mari et par Alard Couvertoir, qu'en vertu d'une vente par elle consentie avec ladite abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, M. « De Baladone », n° XLVI, p. 349-350.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, decanus de Baladone, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constituta, relictus defuncti Gouillermi Pechin recognovit in jure, coram nobis, quod defunctus Alardus Couvertoir, dederat, pro salute anime sue, unam summam vini, annui redditus, abbati et conventui Domus Dei de Trappa, et dictus Guillelmus Pechin, quondam ejus maritus, unum costerellum vini eisdem abbati et conventui, similiter annui redditus, cum assensu et voluntate dicte uxoris habenda et percipienda annuatim, tempore vindemiarum, super quadam vinea sita apud la Covertere, in feodo Johannis Lassalli, quam dicta relictus tenet et possidet, ut asserit. De quibus summa vini et costerello predicti abbas et conventus, per longum tempus, fuerunt in possessione percipiendi et habendi. Recognovit etiam dicta relictus quod ipsa vendiderat dictis monachis unum costerellum vini annui redditus, habendum et percipiendum a dicta relictus, vel ejus heredibus, super dicta vinea, dicto tempore vindemiarum, annuatim ad mensuram Baladonis statutum, ad domum dictorum monachorum apud Trappam, in parrochia Sancti Medardi. Et facta fuit venditio predicta pro septem solidis cenomannensium, de quibus dicta relictus, coram nobis, se tenuit pro pagata, renuncians omni exceptioni pecunie non numerate et non solute. Hanc vero venditionem tenetur dicta relictus garire et defendere dictis monachis contra omnes, quantum jus dictabit, Et sacrauit in jure coram nobis se reddituram dictis monachis, vel eorum certo mandato, de cetero duas summas vini puri et legitimi, dicto tempore et ad dictam mensuram et ad locum predictum, tam ratione donationis predictae quam ratione venditionis ab eadem relictus factae, ad hec se et sua et suos heredes obligando specialiter et expresse. Et dedit fidem in manu nostra quod contra donationes factas in tribus costerellis vini et contra venditionem predictam, per se vel per alium, de cetero non veniet in futurum. Et nos omnia, ad petitionem partium, adjudicavimus sempiternaliter observanda, et ea sigillo nostro fecimus sigillari. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> septimo.